



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 115. Eugenius Papa a Jordano de Brice vindicatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

gebant, ac Regno Neapolis potiundi, nec Sæcul. XV.  
non pristinæ adoptionis jura resuscitan-  
di consiliis favebant : Ceterum Joannæ  
mors primarium stipitis Andegavensis  
stirpem succidit, ex qua plures alii pro-  
diere surculi, qui Hungariæ, ac Poloniæ  
regna administraverant, & in quibus ge-  
neris hujus posteritas per bina prope-  
modum sæcula claruit.

A.C. 1434.

### §. CXIV.

#### *Epistola Joannis Comneni ad Papam.*

Priusquam hujus anni curriculum ab Labbe Conc.  
solvimus, recensenda est Epistola die 10. 12. p. 1011  
decima octava Octobris a Joanne Com-  
neno Trapezuntino Imperatore ad Euge- In collect.  
nium data, in qua de vexationibus ac Conc. Basil.  
calamitatibus Pontifici illatis summope- art. 119.  
re dolet. Imperatorem hac Epistola ad  
binas Pontificis literas, quarum una Flo-  
rentiis, altera Romæ scripta fuit, respon-  
disse conjicimus.

### §. CXV.

#### *Eugenius Papa a Jordano de Brice vindicatus.*

Sub idem tempus Jordanus de Brice  
Jurisconsultus, Consistorii Advocatus,  
& supremus Provinciæ Judex, sollicitan-

L 5 te

Sæcul. XV. te Cardinale de Fuxo, pro afferenda Eugenii IV. electione apologiam edidit, cuius illam vindicare statuit a calumniis quibus Cardinalis Dominicus Capranica, nomine a loco Ecclesiæ quam regebat, mutuato, Firmanus dictus Pontificem petiit, ac Eugenii electionem ad summum Pontificatus apicem nullam, & faltem dubiam esse contendit, eo quod ipse cum ceteris Cardinalibus huic electioni interesse permisus non fuisset.

## §. CXVI.

*Dominicus Capranica Cardinalis.*

*Addit. ad Ciacon. in Martin. V.* Die vigesima quarta Maji Anno super millesimum quadringentesimo vigesimo quarto a Martino V. Pontifice Cardinalis creatus est, unacum aliis tribus nempe Ilerdensi Episcopo, Prospero Columna, & Juliano Cæsarino; verum illius nominatio non nisi post obitum Martini V. id est, elapsa integro sexennio promulgabatur, nec ipse antea ullis dignitatis suis insignibus uti permittebatur. Capranica comperto Martini Pontificis obitu Romæ appropinquans, quosdam sibi amicos præmisit, petituros, ut sibi quoque Conclave cum ceteris ingredi liceret, cuius sibi ac titulum tribueret nominationis suæ diploma a Cardinalibus subscriptum vi cuius Cardinales in secreto Patroni Sen-

*Comment.  
Pii II. lib. I.*

*Antonin. tit. 22. c. 16. in fin.* ca comperto Martini Pontificis obitu Romæ appropinquans, quosdam sibi amicos præmisit, petituros, ut sibi quoque Conclave cum ceteris ingredi liceret, cuius sibi ac titulum tribueret nominationis suæ diploma a Cardinalibus subscriptum vi cuius Cardinales in secreto Patroni Sen-